

ANTVERPIÆ
Apud Viduam et Hæred. Io: Cnobbari, et

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

PETRI BAPTISTÆ BVRGI
GENVENSIS
MARS SVECO-GERMANICVS,

SIVE

Es del Colegio mayor del

Rerum à GVSTAVO ADOLPHO
Sueciæ Rege geſtarum

LIBRI TRES.

QVIBVS BELLI SVECO-GERMANICI
*initia, progreſſus, & adhuc pendentes exi-
tus, vna cum dicti Regis moribus, diſcipli-
na militari, & fatali tandem occa-
ſu fideliſſimè referuntur.*

ET APPOSITIS AD MAR-
*ginem notis (quæ vice epitomes eſſe
poſſint) illuſtrantur.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Ex officina ANDREÆ BINGHY
è regione FF. Minor. Conuentual.
ANNO M. DC. XLI.

Cum Gratia & Priuilegio.

ADMODUM REVERENDO
IN CHRISTO PATRI AC
Religioſiſſimo Domino

D. PETRO
Cortenbach/

MONASTERII B. MARIÆ
VIRGINIS IN BOTTENBROICH
ORDINIS CISTERTIENSIS PRIORI
abſoluto Præſuli vigilantiſſimo Domino ſuo & Mœcenati colendiſſimo ſalutem & perpetuam felicitatem.

PRodit ex Officina mea, ADMODUM REVERENDE DOMINE, hic primus, & vti ſpero, non ingratus pręli typographici partus. Nec diu mihi deliberandum fuit, cui-

I. *IMPERIALIS DIGNITATIS Auſtriacis continuata poſſeſſio Germania, alioſque Principes mouet; horum conſilia.*

I.

IVS Romani Imperij Stephanus Secundus Romanus Pontifex à Græcis ad Gallos transtulit, cum Orientalium Imperatorum abſentia, aut ignauia Occidentalium rerum ſtatum defenſoris indigere & præſentia, & cura expertum eſt: Ius idem Gregorius Quintus extincta Magni Caroli ſobole Germanis dedit, electiuam nempe dignitatem, non hæreditariam vt ſpe ipſius conſequendæ, poſt obitum pro tempore Imperantis cæteri principes ad virtutes inuitarentur, paterenturque libentius Imperij potitum. Electio penes certos Electores decreta, qui in Germaniæ liberis ciuitatibus congregati Romanorum Regem eligerent, non ante Imperatoris nomine appellandum, quam confirmationem dignitatis, & Imperatorium dia-